

Propémtikon ; ceu
observantioris. :
Gratitudinis. Aram. ... In
Gratiam. &....

Wallenius, Gabriel Andreae

1 Ic 1681 Malmberg, Matthias



National Library
of Sweden

Προπέμπτικον;

ceu.

16

Observantioris. gratitudinis. aram.

&

debitæ. benevolentia. arrham.

Quod. vile. licet. impeditæ. manus. mentisq;. pignus.

Candidi. tamen. ac. sinceri. affectus. monumentum.

In.

Gratiam. &. Honorem;

Pietate. &. Eruditione. Ornatissimi.

VIRI. JUVENIS.

DN. MATTHIÆ. E.
Malmberg.

Westmanniæ. Sveci.

Regiæ. Aboensis. Academia. hætenus. Civis,
ac. Alumni. perindustriæ.

Theologiæ. Studiosi. impigerrimi.
&. Bonarum. Artium. cultoris. indefessi.

Amici. mei. perdilecti.

Nunc. in. patriam. abitum. parantis.

Cum. fausta. itineris. comprecatione.

adeoq;.vè.

Sui. Memoriam.

poni. curavit.

GABRIEL. WALLENIIUS. A. F.

Westm.

ABO.Æ. IV. NON. Aug. A. O. R. Mdc lxxxii

1682

B. L. S. P.

*Spes est, quod veniam dabis, ignoscasq; Camanis,
Si minus hæc fateor, carmina comta vides;
Atq; nec offendant Te quadam nomina Nostrû,
Haud satis in teneros molliter acta pedes:
Tu gratus memorem testantia carmina mētē
Accipias; forsan post meliora dabo.*



Ic valedicis item, *Malmberg* di-
lecte sodalis,
Westmannos nostros *Arosiamque*
petis!

Displicet ante locus Tibi, quo non charior al-
ter:

At cur hinc cupias pergere, dic, properè,
Nostin, quod Musis sit nunc illustris *ABOA*,
Mercibus exundans: cœtera jam taceo.
Hac est magna parens doctorũ altrixq; Virorũ,
Quâ non est *Fennũm* maius in orbe decus.
Scilicet externis procul è regionibus ingens
Confluit huc doctas turba secuta Deas:
Innumeros juvenes longinqvis undiq; ab oris
Allicit huc sedes hujus amœna loci.
Nec studiosa cohors, *Heliconiadesq; puellæ,*
Hospitio poterant commodiore frui.
Hic varias artes haurit lingvasq; juvenus,
Quas olim *Latium, Græcia* quas coluit.

Hic Mæcenates juvenum sunt atq; Patroni;
Qvi Præceptores sunt, celebresqve Viri.
GEZELIUS Senior, Pro-Cancellarius audit,
Olim Embecciacæ fama decusq; Scholæ,
Doctõr Finnonici iam prima est gloria Cleri,
Nempe Diœcesis Præsul adusq; vigil:
Qvo non læta minus *Westmannia* gaudet a-
lumno,

Gnosia quam prisco terra superba Jove.
Cuius & in patriam tot sunt benefacta, quot
olim

Dicere posteritas aut memorare nequit.
Jamq; ætate gravi quot suscipit ille labores,
Semina dum verbi spargit ubiqve Dei.
In libros multos excusos contulit, Ecce,
Magnas impensas sumptibus ex propriis.
Sed tali tandem pro curâ, proqve labore,
Non labor in Domino tantus inanis erit.
Svenoniusq; Senex Enevaldus, nomine clarus
Doctõr, & Abodicâ Pastor in urbe *vigil,*
Qvàm fuerat *celebris* dudum & nunc usqve
Professor,

Id non est operis commemorare mei.
Fœderis hic Veteris libros, simul Historiamq;
Laude etiam summâ sapius explicuit. (rũ
Monstrant scripta Virũ, *Certamina sacra Loco-*
Edita, Gymnasium, sicq; Ruens Babylon:

Arti-

Artificis Delile scelus; & quot syncretizantes
Sint, ac *Causa Mali* quam vocitare potes.
Copia nos vincit meritorum *Svenoniorum,*
Nulla quibus reddi gratia digna potest.
Gezelius Doct̄or sic junior atq; Professor
Euraica nostrae gloria magna Schola,
Sedulus *Historiam* tradit *dictorum, & Jesu*
Factorum: pergens *Harmoniam* legere.
Quiq; suum studium Tibi pollicitusq; favorē
Quem solitus semper laudibus evehere,
Nam multis prodest: illi omnes quodq; lo-
quuntur,
Eius quaeis semper Bibliotheca pater. (tur
Nuncq; sacrosq; *Locos Communes,* atq; loquū-
Jacobus tractat *Flachsenius* pariter:
Atq; *Thesin ac Antithesin* is ritē professus,
Hassenrefferum ac explicat eximium.
Qui fontes gravibus disces cōpescere poenis,
Innocuos poteris sicq; tueri probos:
Axelius Kempe/ quo non consultior alter
Exponens leges, dat, patrias, varias.
Qui medicaminib; disces depellere morbos:
Elias Lil. Qand; perbenē, crede, docet.
Pharmaca quo nemo miscente peritius agris,
Pœoniā medicas applicat arte manus.
Philosophos inter primos est ille *Magister*
Filius Andreas Praesulis ante Petrai:

Corpora Naturalia vel Simplicia, mista
Sæpius exposuit nunc *Physicusq;* diu.
Si Te prisca iuvat præclara poemata varum
Discere, & hic eadem discere nunc poteris:
Nâq; *Petrus Laurbecchius* est, cum laude *Poëtas*
Qui memorat præcos explicat & recitans:
Sic celebresq; solet vates æquare canendo,
Nunc, quotiesq; solet dicere de Cathedrâ,
Davidicos psalmos solvit Buchanani, vel Hessi
Doctè, *Virgilium* ac utiliterq; legit.
Sicq; colens celebres tantâ pietate *Poëtas,*
Ipse colens illos, ipse colendus erit. sis,
Ulterius Malmberg: placet ingeniosa *Mathe-*
Hic & habes *celebrem* nosse *Mathematicum;*
Estq; *Johannes Flachsenius* (par nobile fratrum
Theiologus senior, junior Astronomus.)
*Q*ualia, qui docuit niteant, animalia cœlo,
Sintq; sub aethereo lucida signa polo.
Scandere clivosû quo tramite phœbus olym-
Amula quâ soleat currere Luna viâ: (pûs
Defectus solis varios Lunaq; labores:
Observare iuvat, talia nosse procul.
In variis lingvis addiscere forsitan optas
Hebræam, Græcam, Sanctiloquosq; Patres:
Gloria linguarum magna est Falander Ericus
Rector Magnificus, dignus honore coli:
Plurima nam callet variæ discrimina lingvæ,
Plutarchum Græcè, psalmographumq; docet,
Hebrai-

Hebraicè psalten, ac cœtera quæ *Φιλεβραϊσ*
Sicq; *Φιλελληνας Ἀετα Ἐ Apostolica*. (Latina
Quam prodest, nosti, *Malinberg* Tibi lingua
Tam Tibi charus erit *Daniel Achrelius*.
Achrelius Latia *Musa decus atq; Professor*,
Et *Physicæ* scriptor *Nobilis Historiæ*.
Cæsareas vitas post *Florum* ritè docebit,
Inq; *stylo* pariter *Themata* docta dabit.
Dicere sic possis, benè non ratione sed uti,
At malè tum dices, nam benè non poteris.
Dicendi primos aperit *dialectica* fontes,
Et *series* rerum quæ sit habenda, docet.
In *Logicis* igitur monui, Tu quære *Simonem*
Zälpo *Doctorem*; qui *Meta* sic *Physicæ*
Pneumaticamq; dabit; sic *Noologica* tradet
Summo cum fructu, ac utilitate *Tuâ*.
Ulterius *svasum*: *Logicis* Tu iungeres *Ethos*,
Historiisq; *sacris* *Historiamqve* *hominum*.
Historicus nunc *Andreas Wanochius* audit,
Ethicus ac doctus: *Qvi* statuit *legere*
Historicos qui *Tutelegas*; *Doctores* *Humeri*
Tradet & *Historicam*, ac *Ethicam* *Aristotelis*.
Ac ego quod tantum claudâ *Wallenius* agmè,
Annos nunc *senos* *Bibliothecarius*:
In quantum potui, studui *prodesse* *juventæ*,
Ipsemet es *testis*, *testis* & *ipse* *Deus*.
Nevè

Nevè deesse putes Studioſis præmia larga,
Rex CAROLUS noſter pro pietate ſuâ
Sexaginta dedit ſtipendia certa quotannis,
Quæ Quaſtor tradit, qui numerare ſolet.
Sicq; Profefſores, Doctores atq; Magiſtros
Atq; Licentiatos hicq; creare ſolent.

Hæc Tu non curas? nec quam Tibi fidus A-
chates

Sabæius noſter? dum tamen ire paras.
Forzelium linquis, linquis Academica Aboæ,
Talia, dic Malmberg/linquere qui poteris?
Hæc Tu non curas? Abſit; dulcedine ductus
Nunc natale ſolum Tu patriæ repetis:

Sivè pium, muliebre vocem vel, Tu tamen o-
Fumum de patriis poſſe videre focus. (ptas
Excusas Te, literulæ iuſſere parentis

Quòd properare domū; Cœtera tu retices.
Quando igitur Summo nunc ſicq; volente re-
cedis:

Ac grave per mare mox ingredieris iter.
Quid ſuperest? niſi faulta Tibi de more prece-
In patriū ſoſpes poſſis ut ire ſolum. (mur,
Sed ſcio quòd tandem longinqva per æqvora
vectus

Aroſiam noſtram Metropolin repetas.
Aroſiam celebrē, quā non mihi charior ulla,
Quā non *Westmannium* maius in orbe decus.
Quam

Quam dum cōtigeris, nostros salvere iubebis,
Atq̄vè salutabis nomine quemq̄vè meo,
Attamen inprimis, quamvis non cognitus un-

quam,

Dum *Præsul* noster sit *Carolus Caroli*:

Cumq; Deus magnis ornârit honoribus illū,

Sitq̄vè *Diœcesis* optimus ac *Ephorus*:

Sit *Consistorij Præses* perquam *Reverendus*,

Inspectorq; *Gravis Gymnasij* atq; *Scholæ*.

Huic postq̄vā dulcis fuerit Tibi copia fandi,

Vocibus & gestu fac venerere *Virum*.

Nuper & acceptum gratare decenter honorē

Doctaq; submisso poplite verba iuva:

Qui quamvis fuerit causarum mole gravatus,

Dum supplex dicas, quidq; humilisq; petas:

Cum tamen esse pium cognoverit auxiliari,

Spontè Tibi faciles porriget ipse manus.

Ac varios forsan narrare jubeberis actus,

Deq; statu nostræ multa loq̄vère *Scholæ*.

Siq; roget quibus hic *Helicon* habitetur alu-

mnis,

Qui *Præceptorum*, discipulis *Numerus*:

Ac referes illi: dabitur si occasio tanta,

Fausta precari Illi dicere me poteris:

Ac quod per celebres tenebrisq; mali-

Eripere, & dignos posteritate viros: (gnis

ovo-

Quorum fama diu latuit, multosq; per annos
Obscurâ veluti nocte sepulta fuit.

Inclita quod quæram nostræ primordia gētis,
Ac mihi quæ non sint gesta vetusta Patrum.
Plurima nã desunt; nec sunt sæpè atq; rogati,
Mittere qui curât, dum scio quodq; habeât.
At ego quæq; sciam, cum possim, prodere
pergam,

Multaq; tunc *Nostro Præsule* digna canam.

Quis, dices, quantum certum, *Vicesimus* audit
Et *Nonus* tanto dignus honore coli.

Ecquis enim fuerit nostris vel Episcopus ante
Primum, quem ponunt, *Israelem*, latuit:

Annos post *quadringentos* nunc circiter atq;

Ne fallar, *tredecim*; dicere non potero:

Sumq; tu. patriam mox illustrare paratus,

Dextera signato ac fit gravis ære manus.
Archipræposito multam dicasq; salutem,

Theologisq; viris, *Philosophisq;* piis.

Quos, dum tempus erit, memoret mea
Musa libenter;

Nam quod sint septem, novimus usq; diu.

Sed, qui sint septē, fac monstret syllabus index

Ac te missurum es, quem mihi pollicitus.

Interea dicam Nostros ac ordine tali,

Sed brevibus: dixi, postea plura dabo.

Höfner

Höfſer & Holſtenius vel ſolo nomine clari,
Aroſia nunc ſunt Theologi celebres.
Reſtor ut audiui, eſt Sevallius ipſe Johannes,
Quem mihi Theſeo pectore junxit amor:
quam doctè Græcã nunc, antea ſicut Hebræã,
Lingvas è Cathedrã ſapius ille docet.
Comprecor his, felix ut honoribus uſq; fruatur,
Floreat atq; diu gloria Gymnaſii! (tur,
ſed *Chriſtierning* Phyſicos mōſtrat Logicosq;
Summã cum laude & Lector is eſt celeberr.
Charus & eſt patriæ, Muſis charusq; *Kilander*
Qui ſcio *Wallenium* non ſimulanter amat:
Quem Ciceronæo nunc plurima more loquẽ
Gymnaſiũ magni Nominis iſtud haſet. (tẽ
Hiſtoriam *Gabriel Sevallius* atq; Poẽſin
Proponit doctè doctus at ipſe magis,
Dumq; *Petrus, Widichindi, Schult* veſtigia du-
Granagrÿ quondã nota Mathematici. (cit
Percelebrisq; *Schola Reſtor* nunc cum *Nicolaus*
Ingelliq; meus dulcis amicus, erit.
Omnes hos prompts te commẽdare rogabis,
Et memoresq; ſui, ſint memoresq; mei.
Si Synodus ſit Paſtorum, cum ſunt Marianæ
Nundinæ ut ante, idem mos fuit ille diu:
Si potis eſt unquamq; Tuæ, ſic ipſe ſalutes,
Paſtores Dominos Prapofitosq; ſenes

Arrbn-

*Arhusum Jahluns: Nortman in Stedewi
magnâ:*

*In Järnbo Pryssen; Hedmora schraggenii:
Henricumq; Petri Pastorem in Gunnilaboda*

*Ac in Wåla Petrum; Skinstatteberg Aaron;
Fautores Magnos, qveis sic Deus ac benedicat
Me me complexis, proq; favore suo.*

*Dum sic optato, Malmberg/potieris honore
Arosiam frustra contigeris minimè.*

*Atq; domū cum non dubius Tu pergere ge-
Pertæsusq; viæ, visito Rabenium: (stis,*

*In Sådby senior, Munktorp Narus Nicolaus,
Qvæis ego, detq; Deus, commoda multa pre-
cor!*

Wagnero in Röpung/ inq; Arboga Wintrosioq;

*In Fålsbro Adfni, Præpositis gravibus;
Pastoribusq; viris in Nohra & Järnboaaßen
Meq; vovere eadem dicere Tu poteris.*

*Jam verbis Malmberg/ concludam Winche-
mianis,*

*Qvæ vidi scripta, ast non memini sedubi.
Fide Deo, tua cautus agas, aliena relinquas;
Dissimulesqvæ sunt, sicq; ferenda, feras.
Tela Venenata haud cures satis invida lingua,
Tuq; tuam rege, dic pauca, tacenda tace.
Sic placidos curret facilis Tibi vita per annos,
Et dabit oranti mollia fata Deus,*

¶ ¶ ¶ ¶